

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Ereptum telis toties hostilibus uxor
 Et servus proprio cur necat ore domi?
 Surdus ad uxoris mendacia quod fuit atque
 Servorum, ore capi qui nequit, ore perit.

*Carmen Triumphale ad Præstantissimam Dominam
 Elisabetham, Serenissimam Reginam Angliæ.*

Straverat innumeris Hispanus navibus æquor
 Regnis juncturus sceptrâ Britanna suis.
 Tanti huius rogitas quæ motus causa? superbos
 impulit ambitio, vexit avaritia.
 Quam benè te ambitio merfit vanissima, ventus
 & tumidos tumidæ vos superastis aquæ?
 Quam benè totius raptores orbis avaros
 Hausit inexhausti iusta vorago maris?
 At tu cui venti, cui totum militat æquor,
 Regina, ô Mandi totius una decus!
 Sic regnare DEO perge ambitione remota,
 Prodigâ sic opibus perge juvare pios.
 Ut Te Angli longum, longum Anglis ipsa fruaris,
 Quam dilecta bonis, tam metuenda malis.

Theodorus Beza Vezelius.



LXXX.

Laurentio Tuppio.

Audido, hora prima fore capitulum, proinde rōgo, Vir Clarissime, ut
 quemadmodum heri inter nos convenit, ipse etiam adesse ne graveris:
 habebimus adversarios, ut intelligo, illos maximè, qui nihil nisi leges
 & statuta collegii crepant: ipsi legum observantissimi, (si Diis placet.)
 His explicanda est æquitas & horum temporum necessitas, quæ est instar

Xxx xx 3

legis. Sed hæc prudentiæ tuæ & fidei in me committo, meque totum tibi tuisque vicissim dico. &c.

Philippus Glaferus.



LXXXI.

Eidem.

Hæc scribentem, accinctum itineri in thermopylas ferinas, in das Wildbad/ nihil præter aurigam morabatur, quod Excell. T. significandum eo duxi, ut si res tuæ paterentur, & valetudo postuleret, eodem & ipse te me adhuc præsentem conferres. Quod si aquæ limpidissimæ tam salutare utriusque nostrum fuerint, quam optatus mihi tuus congressus est futurus: non dubitabis fore, ut & nummos & tempus quam optime collocemus. Augustæ, 1573. 20. Febr.

Hieron. Wolfius.

LXXXII.

Eidem.

S pridie quam tuæ mihi redderentur, Vir clariss. Domine & amice colende, Lucas noster jam in Italiam profectus mihi & occupationes tuas tam scholasticas quam forenses & delectationes hortenses exposuerat. Quare posthac non ero tibi, nisi necesse fuerit, molestus: æquissimoque feram animo te illud *χρυσίου χρυσολιδίου* usurpare, qui cum Prisciano relicto ad Justinianum se contulisset, nullis familiarum literis rescribebat, quod diceret, pari labore se interim aureum nummum lucrari posse. Tu ergo tam magnificum nomen imitatus *καθὺς χελιάδας χρυσίου δοκῦντας* Diis hominibusque plaudentibus cumulato: quoque firmiore valetudine & vita diuturniore fruaris, in hortis tuis suaviter, cum licet, requiescito. Quam *ἰσημερίαν* ita tibi invideo, ut me suavissima consuetudine tua carere doleam. Sed & hæc & alia graviora mihi sunt & æquo & magno ferenda animo, *ἵνα μὴ κείνη φιλοσοφία τις ἢ καὶ πηλολογικότες φανώμεθα*. De Mathematico, quæ scribis, grata sunt. Sed is, quem designasti, non erit nostri palati: & speramus, nos alium habituros, ad omnia paratiorem. *Τὸς Αὐτοκρίτους τῆ ἀρχιεπίσκοπῆ Δεῖ ἐπιτηδεύω, μετ-*

15716